

4. Non memini apud nos onera stipis fuisse adiuncta, ubi vero illa sunt, stricte attendendum est ad proventus, quae si paulum suppetunt, non facile hic aliquid mutandum iudico, praesertim cum similia magnas soleant parere offensiones, oblocutiones et scandala.

5. Dies anniversarii cum plenis vigiliis et missa cantata sine aliis oneribus, quorum proventus annuus ad 5 vel plures florenos assurgit, relictis apud nos in suo vigore et flore, uti merito decet, fierique debet.

6. Ad nostra quod attinet anniversaria, pleraque instituta sunt ex more ordinis cum plenis vigiliis, commendatione et missa, aliqua etiam omnes sacerdotes ad celebrandum obligabant, sed ea fere sufficienter dotata, alia onera annexa nescio, sicut nec sub poena restitutionis alii loco pio.

7. Dotata sunt porro in parata pecunia ut plurimum, aliqua etiam in bonis immobilibus, sed pauca, et plerumque sufficientes proventus afferentia.

8. Applicatio proventuum ideo apud nos divisa, ut una pars monasterio, alia ecclesiae patrono cedat, quia ecclesiae suos propriae proventus apud nos habent, et quia in anniversariis luminaria et alia ex sacristia subministrantur, dignum et justum videtur, aliquod saltem proventuum ecclesiae cedere patrono.

Abtei Windberg.

Fr. Norbert BACKMUND.

* * *

PROTOKOLL DER WAHL DES ABTES AUGUSTIN SCHMIDPAUER VON WINDBERG. — 1717. —:-

Nos Ferdinandus, Dei gracia Sacri, Canonici, et exempti O. Praem. humilis abbas Osterhoviensis ¹⁾, SS. Theologiae LicentiatuS, Sere-
nissimi Electoris Bavariae Ducis Capellanus, Summus et Eleemosy-
narius, Protonotarius Apostolicus, Comes Palatinus in Electorali
consilio aulico Monacensi, Immatriculatus eques auratus, ad alium
Salvatorem ²⁾ Pater Abbas, statuum Provincialium Bavariae ad steu-
ras deputatus, ad praesentem electionis actum a Rmo. ac Illmo. Dno.
Claudio Honorato Lucas, Abbate Praemonstratense, totiusque sacri
ordinis Generale, Ecclesiae Windbergensis Patre Abbate, seu im-
mediate substitutus sive delegatus, universis et singulis, ad quos

1) Abt Ferdinand Schöller von Osterhofen 1701-17.

2) St. Salvator b. Ortenburg (1309-1803).

praesens publicum Electionis instrumentum pervenire contigerit, salutem et sinceræ charitatis affectum cum indubitata Subscriptorum notitia.

Posteaquam Rmus., prænobilis et amplissimus in Christo Pater ac Dominus, Franciscus ³⁾ insignis Ecclesiae Windbergensis Abbas, cuius animam divinae clementiae commendatam esse plangimus, cum magno relicto sui desiderio, 14. Februarii obdormierat in Domino; ne ecclesia viduata ejusque subditi ex luctuosa illa orbitate graviori forsam detrimento afficerentur, nos nomine praefati Rmi. et Illmi. D. D. Generalis nostri etc., ad petitionem et instantiam venerabilis capituli Monasterii Windbergensis sextum diem mensis Martii ad coronationem et electionem alterius antistitis instituendam denominavimus, et secundum laudatissimi et exempti ordinis nostri statuta coram memorato venerabili capitulo ad nos vocari fecimus Rmos. Augustinum Abbatem Salvatorem ⁴⁾, Ord. nostri; et Mettensem, Ord. Sti Benedicti ⁵⁾, ut electioni nobiscum interessent, et si opus fuerit, testimonium perhiberent.

Cum igitur die dicto in coenobio Windbergensi conventum est, hora VIII de coetu canonicorum ad sacras aedes nos contulimus, et peracto summo officio sacrificiisque ab electoribus fungendis SS. Eucharistiae Sacramento, ac aliis ministeriis secundum ejusdem ordinis ritum provisus, ad locum de consensu omnium, quorum intererat, pro capitulari deputatorum una cum assistentibus dictis, comitantibusque Excellmis. Illmisque Dnis. commissariis electoribus Francisco canonico, et Ferd. L(ibro) B(arone) de Woythe consiliario aulico nos contulimus, ubi consueto ordine ad actum electionis inchoaturi in genua provolvebamus, invocantes Sacri Numinis gratiam et hymnum Veni Creator Spiritus etc. cum versu et collecta consuetis, et habito sermone de meliore eligendo, digressisque e loco capitulari DD. Commissariis aliisque, qui ad dictum actum nequaquam intererant, notarium acquisivimus manuque stipulata de fidelitate praestanda obligavimus, requisitosque a Rmis. testes infra nominandos competente juramento pariter nobis obstrinximus, et quod ab electoribus conferre promissa quidem absolute impertivimus, forma tum per compromissum proposita placuit omnibus et singulis. Nos igitur huius libet formae petivimus adoptores, ut ad eligendum eligere vellent: adeoque eos juramento obstrinximus, quo facto septenarium commissariorum elegerunt numerum et plu-

3) Franz Knodt, Abt von Windberg 1691-1717.

4) Augustin v. Peck, 1703-26.

5) Abt Roman II Märkl, 1706-29 von Metten.

ralitate votorum quod et sequentes RR. PPes. Ignatius Prenner ⁶⁾, Prior etc. nobis juramento obstrinxit, quod cunsultorem eligere vellet, tandem sua vota in scriptis tradere, quibus omnibus a nobis perlustratus inventus et singula vota habens Rdus. et religiosus P. Augustinus Schmidpauer, quod sortem in eum cecidisse sine mora revelavimus, qui aetatem incusans tandem se dictae electioni submisit. Tunc electione tam feliciter peracta, examen de habilitate et moribus neo-electi instituimus, quem in omnibus idoneum et dignum inventum, autoritate qua fungimur, approbavimus, et secundum sacri ordinis nostri privilegia confirmavimus et investivimus cura, regimine, et administratione Praelaturae comissae. Electione sic rata et confirmata, electum comitantibus antememoratis DD. Commissariis ad ecclesiam deduximus, ubi per notarium hanc electionis actum germanice promulgari curavimus, quo facto juramentum fidelitatis emisit, et nos superpelliceum dein abbatiale ei praesentavimus, ac in choro installavimus, dein ad locum capituli deducti nobis assidere et omnes canonicos obedientiam ei promittere iussimus, quam singuli prompte praestiterunt. Tandem D. Abbati in habitatione abbatiali clavium traditione in civilem et actuaalem possessionem omnium bonorum immisimus, et electionis actum finivimus.

R. D. Ferdinandus	R. D. Augustinus	R. D. Romanus
Abbas Osterhoviensis	Abbas Salvatorensis	Abbas Mettensis

L.S.

Joh. B. Niggelhueber
Notarius publicus.

(Abschrift des im Diözesanarchiv zu Regensburg befindlichen Entwurfes).

Windberg.

N. B.

* * *

LITERARISCHE STURMZEICHEN VOR DER SAEKULARISATION. von P. A. Stara, O. Praem.

Unter dem obigen Titel veröffentlichte Abt Bonifaz Wöhrmüller O.S.B. in den « Stud. Mitt. Bened. Zisterz. Orden » 45 / 1927 / S. 12-44 eine tiefeschürfende Studie. Galt es doch einem ganzen

6) Gest. 1732 mit 55 Jahren. War Sakristan, Administrator in Sossau und Kurze Zeit Prior. (Rotel)